

mus. Datum in oppido nostro Turrego cum sigilli dicti oppidi in omnium et singulorum nostrorum nomine munitione, die jovis in pro festo Sancti Georgii.

Devota congregatio concilii omnium cantonorum totius Helvetiæ in oppido Turrecense habita.

100

Exemplum.

Reverendissime Pater, dignissime Princeps.

Applicui cum reliquis oratoribus usque ad Felkirch, feria sexta post diem Resurrectionis, et eadem nocte scripsi domino de Saxo, quod ipse crastino die mihi obviaret in Fuducz, quod et fecit; quem ego de singulis commissis instruxi; quem et paratissimum ad omnia inveni, sibi quoque dixi, me pecunias commissas depositurum ad episcopum Curensem; quod sibi non placuit quia gallicus esset; tandem deposuimus eas ad castrum ipsius. Cum vero ab instanti missi ad Turregum, ut coram hel. nostram oraret commissionem, quod factum, dominica Quasimodo post longum se resolverunt quod intuitu Romanæ Ecclesiæ, et propriæ necessitatis, ad sextam diem mai vellent in nomine Domini se se fortitudine magna recipere in ducatum Mediolani contra gallos, et se jungere felicissimo exercitui Sancti Domini Nostri, si possibile foret; de qua re supramodum lætati sumus. Et quamvis dilatio aliquantulum nos gravaverit, tam ita fieri oportuit. Evacuatis singulis nostris petitionibus, nos ut huiusmodi proposito obviaremus in favorem ipsorum et destructionem gallicæ practicæ, promisimus eis adiutorium pecuniale si res et eorum propositum accelerarent etc. Ad quos ipsi se se obligarunt, ut et litteris eorum plane reverendissima paternitas vestra intelligere poterit. Præterea, non abhorreat reverendissima paternitas vestra hanc dilationem, quia aliter fieri non potuit, imo istud factum reliquis nostris propositis securius est. Reverendissima paternitas vestra commoneat felicissimum exercitum, ut se contineat et nihil innovet nisi sit de victoria certus, quousque sciet nos in ducatum Mediolani descendisse. Reverendissima paternitas vestra studeat, quod promissionibus futuræ pensionis satisfaciatur, et reliquos vestros ducatos citius mittat, ne deficiamus propter modicas res in via, et vicet tam sanctum propositum. Expulso gallo, facile est nobis satisfieri; si autem non expelleretur, quod impossibile iudico, adhuc huiusmodi pecuniæ securiori modo expositæ forent; propterea vigilet reverendissima paternitas vestra et provideat cunctis necessitatibus,

quantum possibile est. Spero semel Ecclesiam liberari atque Italiam de tyrannide gallica exonerari. Per alias meas equalia etiam scripsi et in dies scribam quicquid necessitati expedit. Vivat Dominus meus, cui me humillime commendo.

Ex loco Heremitarum, feria sexta ante misericordias Domini, anno XII.

Reverendissimo in Christo patri et Domino, domino Mathæo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ episcopo, Sanctæ Potentianæ cardinali, et legato a latere.

Reverendissimæ Paternitatis Vestræ

servulus ANSHELMUS.

Da Bernardo da Bibiena a Pietro da Bibiena suo fratello, da Roma, de dì 28 april 1512, ricevuta a dì . . . mazo. 101

Io non voglio, fratello et patre honorando, usare alcuna scusa del silentio mio con vuy da che io fui a Ravena in qua, ancor che molte ne habbi, perchè penso non bisogni, sapendo voi che prima che la ropta seguisse io ero sempre in moto, et da poi epsa dovete ben pensare che io sono stato et sono ancor tanto fora de ogni mio sentimento, che ad gran pena di me stesso mi ricordo. Et questa scrivo per satisfarvi, perchè mia ferma deliberatione è fino a tanto ch'el patrone nostro, il cardinale, non è libero, non intrometermi più in cose di stato, et ho già negato a la Santità de nostro Signore lo andare mio a li svizzeri, ove voleva mandarmi, et li fu grata la cagione, allegando de non andare per non nocere al cardinale.

Ad consolatione vostra vi adviso come missier Julio nostro è qui sano et salvo. Persi monsignore el dì del facto d'arme, nè fu mai possibile che al bisogno potessi ritrovare sua signoria reverendissima che, a la ventura, lo salvava. Salvò sè stesso senza alcuno impedimento ne la rocha di Cesena, hebbe uno salvoconduto da' francesi, andò ad trovare monsignor nostro. La sua signoria reverendissima lo mandò a Nostro Signore pregato da quelli capitani francesi che volesse intrometere la pace intra Sua Santità e la Maestà christianissima; et per questo il cardinale lo mandò qui. Sua Santità lo udì et vide volentieri, et feceli referire tutto in concistorio, ma non fu necessario, per la venuta et relatione sua, innovare circha la praticata di lo accordo, perchè Sua Santità havea di già mandato li capituli sottoscritti, come havea pregato il Colegio di cardinali et li quali el Re potria forse accettare, che sono questi,